



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

70. An qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam, gaudeat postea ipsius Ecclesiae Immunitate? Ex part. 1. tr. 1. res. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

hodie per condemnationem ad aliquod opus publicum etiam in perpetuum reus servus poenae non efficitur. *Aurb. sed hodie, C. de donation. Ergo, &c.*

5. Vnde ad confirmandam nostram sententiam contra Sarpum, adde iam hanc opinionem Mastrilli de indulto, cap. 42. num. 5. vbi docet, quod fugientes à Terebibus, gaudent indulto, quando non fuissent damnari pro aliquo crimine excepto in ipso indulto: ergo quanto magis æquum est vt gaudeant Ecclesiarum immunitate. Ex his igitur apparet refellendam esse sententiam quam nouissimè docet Iustus Oldesob. in *pract. crim. tit. 3. caut. 17. numer. 7.* è carceribus vel aliter detentos, ad Ecclesiam confugiendos, esse ab Ecclesia à iudicibus laicis abstrahendos. Et omnino reiiciendus est noster Naldus in *summa, verb. Reus, num. 13.* asserens reum aufugientem à carceribus ad Ecclesiam non gaudere eius immunitate.

Sup. hoc supra in Ref. 27. §. Quarto quinto & in Ref. 69. & infra in Ref. 95. §. 1.

RESOL. LXXIX.

An serui, si fugiant ad Ecclesiam propter suauitatem Dominorum, gaudeant eius Immunitate? Et an in aliquo casu Ecclesia possit compellere Dominum, seruum vendere? Et quid dicendum de seruis infidelibus non solum quo ad gaudendum Immunitate, sed etiam in ordine ad iudicium? Ex part. 7. tract. 7. Refol. 60. alias 59.

§. 1. AD hoc dubium respondet Innocent. III. in cap. inter alia §. si verò seruus de immunit. Ecclesiar. vt in casu de quo loquimur, postquam de immunitate sua dominus eius Clericis iuramentum praestiterit, ad seruitium domini sui redire compellitur, etiam inuitus; alioquin à domino poterit occupari. Idem habetur *leg. praesenti. §. fin. Cod. de his qui ad Ecclesiam confug. Quae decisio procedit, cum delictum serui paruum aut nullum fuit; tunc enim iuramento praestito videtur sufficiens securitas seruo dari, & periculum graue sit, regulariter iuramentum non sufficit, sed securitatem aliam debet dare dominus; alias non obligabitur Praelatus Ecclesiasticus seruum tradere: sic tradit Glossa in dicta *leg. praesenti vers. aut propter delictum. & in aubent. de mandatis principum in §. publicorum vers. vel propter maleficium, & pluribus firmat Farinac. in appen. de immunit. cap. 4. num. 76. Franc. Suar. lib. 3. cap. 10. num. 2. Guttier. pract. quaest. ciuil. quaest. 1. num. 1. & 18. Azor. 2. part. lib. 9. cap. 9. quaest. 9. in fine, Anastas. Germ. de sacrorum immunit. lib. 1. cap. 16. num. 55. & alij. Quod si Dominus hanc securitatem noluerit, vel non poterit concedere, credo compellendum esse dominum, seruum vendere, neque debere illi tradi, ex §. fin. *instit. quibus alienare licet, vel non.* & Glossa in dicta *leg. praesenti & in aubent. de mandatis, & tradit, Abbas cap. inter alia, num. 23. Anton. de Butrio num. 17. Decian. lib. 6. cap. 26. num. 9. & alij relati à Farinac. in appen. de Immunitat. cap. 4. num. 69. quibus etiam adde Peregrinum de immunit. cap. 5. num. 13. & hæc procedunt de seruis fidelibus.***

2. Sed quid dicendum de seruis Infidelibus non solum quò ad gaudendum Immunitate Ecclesiar in ordine ad dominum, sed etiam in ordine ad Iudicem. Vide Peregrinum, vbi supra & cap. 12. numer. 1. cui adde Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disput. vnica, punct. 7. num. 5. & Trullench in Decalogum, tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 6. num. 2.* Sed de hac quaestione ego alibi.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 8. lege doctrinam, Ref. 45.

Pro gaudente Immunitate late supra in Ref. 15. §. vlt. 45. & in alio §. eorum notatiorum.

RESOL. LXX.

An qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam gaudeat postea ipsius Ecclesia Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Refol. 3.

§. 1. NON gaudere docet Gambacurta *lib. 5. cap. 19. Sup. hoc in Ref. 169.* Illadiego in *Polit. cap. 3. num. 206. & post Constitutionem Gregorij, Farinac. de immunit. cap. 16. num. 214. Ambrosinus de immunitate Ecclesiar. c. 5. num. 4.* non ex principio Gambacurtae, sed, quia putauit, post dictam Bullam Gregorianam ita declarasse Clem. VIII, in vna Panormitana. Idem docet Tannerus in 2. 2. *disput. 5. quest. 8. dub. 1. numer. 17.* ex mente aliquorum Zauard. in *direct. Confess. part. 1. de Sacram. Pen. cap. 18. cas. 5.* Ioan. de Hevia in *Curia Philip. p. 5. §. 12. num. 21. Barbosa in Collect. lib. 3. tit. 49. cap. 10. num. 5.*

2. Sed contrarium docet Fagandez de *Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 8. num. 45.* Ioan. de la Cruz in *direct. conf. part. 1. præcept. 8. quaest. 3. art. 2. dub. 1. concl. 1.* Peregrin. de immunit. cap. 6. num. 30. & ante Bullam docuerat Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 4.* Et ratio desumitur ex verbis Bullae, quae excludit ab immunitate homicidia, & mutilationes factas in Ecclesiis, & Coemeteriis. Ergo, cum distinctè dicit: In Ecclesiis, & Coemeteriis, virtute ponitur exclusiua, extra Ecclesiam, & Coemeterium. Et ita ante hanc Bullam Gregor. docuit Decian. *tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 5.* qui respondet ad omnia argumenta adducta in contrarium per Alciat. de *presumpt. 33. num. 2. & seq.* docuerat hoc etiam Tabiena, *verb. immunit. num. 10. Syluester eodem verb. l. 3. num. 5. Angelus eodem verb. num. 17. & Annilla eodem verb. num. 12.* Vnde valde miror, Gambacurtam relinquere Theologos doctissimos, & sequi velle Iuriconsultorum vestigia: Restat modò respondere ad argumentum Ambrosini, Dico igitur, quòd resolutio Clem. VIII, in aliquo casu particulari non tollit legem vniuersalem: nam ex aliquibus circumstantiis particularibus, mouentibus animum suum, potuit ita in illo casu determinare, quae quidem non militant in vniuersali.

RESOL. LXXI.

An, qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam, gaudeat eius Immunitate? Idem dicendum est de illo, qui sub dicta spe occidit aliquem in scalis, porticu, & sacristia Ecclesia. Ex part. 6. tract. 1. Ref. 10.

§. 1. NEGatiuè respondet Sarpus *cap. 5. fol. 45. vbi* docet eos immunitatis priuilegio protegi minimè posse qui delicta commiserint ea spe atque consilio, vt facto se loco tueantur. Siquidem Ecclesiarum auxilio vti debemus, vt peccatorum veniam consequamur, quae iam admittimus: non vt noua facinora perpetrare tunc valeamus. Verum enim verò cum hominum mentes atque consilia sint ab oculis omnium remota, atque penitus abdita, non possumus nisi coniecturis decernere, an reus delictum admiserit, spe excitatus ad Ecclesiam confugiendi. Doctores verò dicunt, qui statim vt facinus perpetravit, ad Ecclesiam fugit, eundem eo consilio perpetrasse, vt eò confugeret statuendum esse. Et certè qui iam statutum, atque decretum habet, vt facinus committat, necessariò statuendum videtur eundem etiam cogitasse, non solum quam ratione illud possit admittere, sed multò magis quoniam fugere debeat.